



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 De comparatione eius ad seuitiam, vel feritiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

opposita clementia, respicit punitionē vt augmentabilem ex ani mi aupertate. Crudelitas vero opposita vindicationi, respicit pu nitionem immoderatam, ut conferentem ad immunitatē perfo nōe iudicantis. Nam & ipsa vindicationis virtus sub tali ra tione respicit moderatam punitionem, vt superius patet.

¶ *Super Quaestione 159. Articulum se cundum.*

**I**n articulo eiusdem quaestio. 159. du bium ex Martino, vbi supra occurrit, argue te contra auctorem hic dicentem, quod crudelitas importat i ffectionem poenae ex culpa. Primo quia haec opinio non vide tur conformis Vale rio ponentimulta cru delitatis exempla, in quibus poena iusticia est non ex culpa, sed ex causa. Secundo, quia non est conformis Senecae, quia non vitur nomine culpae, sed causae.

¶ *Dubium secundum occurrit ex Martino ibidem dicente, quod seuitia, seu feritas non bene diffinitur a Thoma, cui ait, quod secundum eam ali quis non confiderat culpam eius qui puni tur, sed solum hic delectatur in hominum cruciatu, tum primo, quia puniens alium propter offensam, & cum hoc delectatus in eius cruciatu, est ferus: tum secundo, quia puniens non propter culpam sed propter propriam vilitatem, non delectatus in hominum cruciatu inauditis suppliciis, est ferus: sicut Phalaris. Et confirmatur ex dictis Thomae, dicentis, quod feritas differt a crudelitate, sicut bestialitas a malitia humanitate quod omnis effusio sanguinis inhumana & bestialis, est feritas, secundum Thomam.*

Supr. q. 257. ar. 2. ad 3.

**ARTICVLVS II.**  
*Vtrum crudelitas a seuitia, siue feritate differat.*

**A**D SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod crude-

litas a seuitia, siue feritate differat. Quod sicut diminutio poenarum, quae est secundum rationem, pertinet ad epicheiam, sed ipsa dulcedo affectus, ex qua homo ad hoc inclinatur, pertinet ad clementiam, ita etiam superexcessus poenarum quantum ad id quod exterius agitur, pertinet ad iniustitiam: sed quantum ad austeritatem animi, per quam aliquis fit promptus ad poenas augendas, pertinet ad crudelitatem.

Ad SECVNDVM dicendum, quod misericordia, & clementia conueniunt in hoc, quod vtraque; refugit & abhorret miseriam alienam, aliter tamen, & aliter. Nam ad misericordiam pertinet misericordiae subuenire per beneficij collationem: ad clementiam autem pertinet miseriam diminueri per subtractionem poenarum. Et quia crudelitas superabundantiam in exigendis poenis importat, directius opponitur clementiae quam immisericordiae, tamen propter similitudinem harum virtutum accipitur quandoque; crudelitas pro misericordia.

Ad TERTIVM dicendum, quod crudelitas ibi accipitur pro immisericordia, ad quam pertinet beneficia non largiri: quamuis et dici possit, quod ipsa beneficij subtrahio, quaedam poena est.

¶ *Tertium dubium ex Martino circa responsonem ad tertium, pro quanto dicit, quod remissio punitionis directe opponitur crudelitati, & non seuitiae. Dicit enim quod ista solutio non sufficit, quia vel cuiuslibet vitio in excessu responderet proprium vitium in defectu, uel non. Si sic, quare quod est illud quod opponitur seuitiae. Hoc enim potissime querere videtur argumentum. Si non, tunc hoc aperte fuerat dicendum, & non pretermittendum.*

¶ *Ad primum dubium dicitur, quod cum bonum sit triplex, scilicet utile, delectabile, & honestum, & bestia ad utile ac delectabile tendant in occasione hominum, ad honestum autem nullatenus, consequens est, ut crudelitas, quae est humana malitia, & feritas, quae malitia est bestialis, penes fines hos distinguantur, quod crudelitas ad causam honesti boni respiciat, & propterea dicatur attendere ad aliquam iustitiae causam, & ad culpam: feritas autem ad vile & delectabile solum fertur, & sic bestiae feruntur in homines causa sui cibi, & delectationis in eo. Et licet ita videatur, proprie loquendo, quia tamen uocabulis contingit quandoque latius uti: ideo non est mirum si quandoque auctores alij, precipue non philosophi morales aliter nomine crudelitatis vti fuerint. Et hoc modo forte Valerius crudelitatem sine causa honesti boni veri, uel apparens usus est. Quod autem Seneca nomine causae non culpae utatur, nihil refert: quo-*

nam uti nomine causae, intellegendum apparet, & uti nomine culpae, in illud primo nomine causae patet, & conatur quia iustitia in punitionibus respicit proprie solum culpae debetur.

litas a seuitia, siue feritate non differat. Vni enim uirtuti ex una parte unum uitium uidetur esse oppositum: sed clementia per superabundantiam opponitur, & seuitia, & crudelitas ergo uidetur esse seuitia, & crudelitas sint idem.

¶ *2. Praeterea. Isidorus dicit in libro Etymologiarum, quod seuitia dicitur quasi seuis & uerus, quia sine pietate tenet iustitiam, & seuitia uidetur excludere remissionem poenarum in iudiciis, esse pertinet ad pietatem: hoc autem dictum est ad crudelitatem pertinere, ergo crudelitas est idem quod seuitia.*

¶ *3. Praeterea. Sicut uirtuti opponitur aliquod uitium in excessu, ita etiam & in defectu, quod quidem contrariatur, & uirtuti, quae est in medio, & uitio quod est in excessu, sed idem uitium ad defectum pertinet, opponitur & crudelitas & seuitia, uidelicet remissio, uel solutio, dicit enim Gregorius in Moral. Sit amor, sed non commolens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderatus: uiuens: sit pietas, sed non plus quam expediat parcens, ergo seuitia est idem crudelitati.*

¶ *SED CONTRA est, quod Seneca dicit in 2. de clementia, quod dile qui non est laesus, nec peccatori irascitur, non dicitur crudeliter ferus, siue laesus.*

¶ *RESPOND. Dicendum, quod non me seuitia, & feritatis a similitudine ferarum accipitur, quae etiam dicuntur laeae. Huiusmodi enim*

obiectionem responderetur quod poena est ideo non est illi respondendum. Respondetur, an cuiuslibet uitio in excessu responderet proprium uitium in defectu, nec querit quod uitium opponitur uitio, sed est identitate uitus opponitur uitio, licet remissionis in puniendo, & seuitiae, quae se tenent ex parte uictoris, & seuitiae, quae se tenent ex parte uicti, interemptionem, scilicet quod remissio poenae dicitur directe utrique, sed crudelitas contra, ut patet in litera: & sic remaneat argumentum in solutum. Curioso autem de illi respondendum potest, quod uitis bestialitatis responderetur, quod directe eis opponitur per defectum. Et nota, quod extra humanas sunt, sicut conueniunt bestialitatem, non modo exciditur, ita conueniunt bestialitatem totaliter non attendatur, pura, & quae non attendatur nullam rationem contra moderatam, sed enim dispositio peior, quam bestialitatem, me, aut nunquam apparet humanitatem, ideo latere uidetur. Aristoteles autem dicit, quod seuitia seuitiae publicae conueniunt, utriusque seuitiae per defectum circa uictum, carbonem, aut calcem, seu terram, aut bestialitatem a naturali cibo spectat.

animalia nocent hominibus, ut ex eorum corporibus pascantur, non ex aliqua iustitiae causa, cuius consideratio pertinet ad solam rationem. Et ideo, proprie loquendo, feritas, vel saevitia dicitur secundum quam aliquis in poenis inferendis non considerat aliquam culpam eius qui punitur, sed solum hoc, quod delectatur in hominum cruciatu: & sic patet quod continetur sub bestialitate. Nam talis delectatio non est humana, sed bestialis proventus vel ex mala consuetudine, vel ex corruptione naturae, sicut & aliae huiusmodi bestiales affectiones: sed crudelitas non solum attendit culpam in eo qui punitur, sed excedit modum in puniendo: & ideo crudelitas differt a saevitia, siue feritate, sicut malitia humana a bestialitate, ut dicitur in 7. Eth. \*

AD PRIMUM ergo dicendum, quod clementia est virtus humana; unde directe sibi opponitur crudelitas, quae est malitia humana: sed saevitia, vel feritas continetur sub bestialitate. Unde non directe opponitur clementiae, sed superexcellentiiori virtuti, quam Philosophus vocat heroicam, vel diuinam, quae secundum nos videtur pertinere ad dona spiritus sancti. Unde potest dici, quod saevitia directe opponitur dono pietatis.

AD SECUNDUM dicendum, quod severus non dicitur simpliciter saevus, quia hoc sonat in vitium: sed dicitur saevus circa saevitatem propter aliquam similitudinem saevitiae, quae non est diminutiva peccatorum.

AD TERTIUM dicendum, quod remissio in puniendo non est vitium, nisi in quantum praetermittitur ordo iustitiae, quod aliquis deberet puniri propter culpam, quam excedit crudelitas. Saevitia autem penitus hunc ordinem non attendit, unde remissio punitionis directe opponitur crudelitati, non autem saevitiae.

Super Questionibus centesima sexagesima Articulum primum.

QVAESTIO CLX.

De modestia, in duos articulos divisam.

Narratio 1. q. 160. dubium occurrit circa illam propositionem. Vbi dicitur quod est aliqua virtus specialis circa aliquod maximum, oportet esse aliam virtutem circa ea quae mediocriter se habent. Videtur enim haec propositio contraria primo veritati, quia circa concupiscentias, & iras, & timores, ac audacias, est aliqua virtus specialis circa maximum, puta, castitas, siue abstinencia, mansuetudo, fortitudo: & tamen nulla ponitur virtus circa ea quae mediocriter se habent in dictis materiis. Deinde apparet contraria auctori, qui superius in questione 139. ex proposito docuit, quod circa passionem quae inquantum passionem sub principaliter aduertantur rationi, non distinguuntur duae virtutes, una circa ma-

DEINDE considerandum est de modestia. Et primo, de ipsa in communi. Secundum, de singulis quae sub ea continentur.

CIRCA primum quaeritur duo.

Primum. Vtrum modestia sit pars temperantiae.

Secundo. Quae sit materia modestiae.

ARTICULUS PRIMVS.

Vtrum modestia sit pars temperantiae.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod modestia non sit pars temperantiae. Modestia nam modo dicitur, sed in omnibus virtutibus requiritur modus; nam virtus ordinatur ad bonum, bonum autem, ut Aug. dicit in libro 1. de natura boni, consistit in modo, specie, & ordine. Ergo modestia est generalis virtus. non ergo debet poni pars temperantiae.

2. Praeterea. Laus temperantiae videtur consistere praecipue ex quadam moderatione. Ex hac autem sumitur nomen modestiae. ergo

modestia est idem quod temperantia, & non pars eius.

3. Praeterea. Modestia videtur consistere circa proximorum correctionem, secundum illud 2. ad Tim. 2. Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, cum modestia corripit eos qui resistunt veritati; sed correctio delinquentium est actus iustitiae, vel charitatis, ut supra habitum est. Ergo videtur quod modestia magis sit pars iustitiae, quam temperantiae.

SED CONTRA est, quod Tullius ponit modestiam partem temperantiae.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, temperantia moderatorem adhibet circa ea, in quibus difficillimum est moderari, scilicet circa concupiscentias delectationum tactus. Vbi cumque autem est aliqua virtus specialiter circa aliquod maximum oportet esse aliam virtutem circa ea quae mediocriter se habent, eo quod oportet quantum ad omnia, vitam hominis secundum virtutem esse regulatam, sicut supra dictum est, quod magnificentia est circa magnos sumptus pecuniarum, praeterquam quae necessaria liberalitas, quae fit circa mediocres sumptus. Unde necessarium est, quod sit quaedam virtus moderantia in aliis mediocribus, in quibus non est ita difficile moderari. Et haec virtus vocatur modestia, & adiungit temperantiae tanquam principali.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nomen commune quandoque appropriatur infimo ordini angelorum; ita etiam & modus qui communiter obseruatur in qualibet virtute, appropriatur specialiter virtuti, quae in minimis modum ponit.

AD SECUNDUM dicendum, quod aliqua indigent temperantia propter suam vehementiam, sicut forte vinum temperatur, sed moderatio requiritur in omnibus; & ideo temperantia magis se habet ad passiones vehementes, modestia vero ad mediocres.

AD TERTIUM dicendum, quod modestia accipitur ibi modo communiter sumpto, prout requiritur in omnibus virtutibus.

ARTICULUS II.

Vtrum modestia sit solum circa exteriores actiones.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod modestia sit Secunda Secundae S. Th.

gnum, & alia circa mediocre.

Ad dubitationem haec breuiter dicitur, quod maior illa sane est intelligenda, si de mediocribus, in quibus saluatur propria difficultas notabilis. Sic enim intellecta, omnes instantias & simpliciter, & ad hominem excludit. Nec arguendus est diminutionis propterea auctor, quia in omni sermone formalium cum de materia virtutis moralis in communi agitur, subintelligitur salus conditiones communes, seu generaliter requisitae ad materiam virtutis moralis. Et propterea sicut subintelligitur quod de mediocribus, quae sunt actus humani, est sermo, quia soli humani actus sunt materia virtutum moralium; ita subintelligitur, quod de mediocribus habentibus propria difficultatem notabilem est sermo, quia circa sola difficilia est virtus. Constat autem hanc esse mentem auctoris non solum ex secundo articulo allegatae questionis, sed etiam ex ratione hic subiuncta. Scio quod oportet quantum ad omnia vitam hominis secundum virtutem esse regulatam. Haec enim ratio monstrat, quod de mediocribus quae restant virtute regulanda, loquitur.

Ita quod si pro quibus, mediocria aliqua sunt quae sub maximorum regula comprehenduntur, de illis non est sermo, vtpote non fortis suas regulas. Unde de exemplum dedit auctor in illa materia, in qua maximum habet suam difficultatem, & mediocre habet propriam difficultatem, scilicet circa sumptus, ut patet ex supradictis.

Super Questionibus centesima sexagesima Articulum secundum.

In articulo 1. eiusdem questionis aduerte primo, quod auctor in corpore articuli de virtutibus ab aliis positus circa materiam modestiae, refert se ad questionem 1. ad 3.

Infr. q. 168. art. 1. & 3. di. 13. q. 1. art. 2. q. 1. ad 3.

CCC 4. flo.

q. 33. art. 1.

Lib. 2. de inuent. in fo. 3. ante finem. q. 147. art. 4. & 157. art. 3.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

Super Questionibus centesima sexagesima Articulum secundum.

In articulo 1. eiusdem questionis aduerte primo, quod auctor in corpore articuli de virtutibus ab aliis positus circa materiam modestiae, refert se ad questionem 1. ad 3.